

Cambridge University Press

978-1-108-04879-8 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum, Accedunt Acta Curiae Cancellarii et Memoranda ex Registris Nonnulla: Volume 2

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

ORIGINAL DOCUMENTS

ILLUSTRATIVE OF

ACADEMICAL AND CLERICAL LIFE AND STUDIES

AT OXFORD.

LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM.

TRANSLATIO UNIVERSITATIS DE LOCO IN LOCUM.

A. 1.

B. 1.

C. 1.

Contestantibus plerisque chronicis, multa loca per orbis climata variis temporibus variarum scientiarum studiis floruisse leguntur; omnium autem inter Latinos nunc extantium studiorum Universitas Oxoniensis fundatione prior, quadam scientiarum pluralitate generalior, in veritatis Catholicæ professione firmior, ac privilegiorum multiplicitate præstantior invenitur.

The antiquity and celebrity of the University of Oxford.

Prioritatem¹ suæ fundationis insinuant historiæ Britannicæ perantiquæ: fertur enim inter bellicosos quondam Trojanos, qui, cum duce suo Bruto, insulam tunc Albion, postmodum Britanniam, ac demum dictam Angliam, triumphaliter occuparunt, quosdam philosophos adventantes locum habitationis sibi congruæ in ipsa insula elegisse, cui et nomen videlicet Grekelade. Iidem philosophi, qui Græci fuerunt, usque in præsentem diem quasi sui vestigium reliquerunt. A quo quidem loco non longe municipium Oxoniæ noscitur esse situm, quod, propter

The legend of Brutus and the Trojans,

and of the founding of a school at Cricklade or Grekelade.

¹ *prout*, B. and C.

Cambridge University Press

978-1-108-04879-8 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum, Accedunt Acta Curiae Cancellarii et Memoranda ex Registris Nonnulla: Volume 2

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

368 LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM.

Oxford formerly called Bellestum.

The universality of the studies pursued there.

The zeal of the University for the faith.

The privileges and honours conferred upon her by popes, bishops, and kings.

The privileges, statutes, &c. of the University should be carefully registered.

How the Masters are bound to observe them.

annium, pratorum et nemorum adjacentium amoenitatem, Bellesitum olim antiquitas, postmodum Oxoniam, a quodam vado vicino sic dictam, populus Saxonicus nominavit, et ad locum studii prælegit. Scientiarum quippe exuberantior pluralitas ibidem evidentius eo cernitur quo in aliis studiis uni pluribusve scientiis sic insistitur, ut tamen aut plures, aut saltem earum aliqua, videatur excludi;¹ Oxoniæ vero singulæ sic docentur, ut scientia quæ illic respuitur, nullatenus licita censeatur. Catholicæ siquidem veritatis sinceritas ita in doctrinis, divina favente gratia, est ibidem hucusque servata, ut hæresis illic aliquoties pullulantis memoria non existat, quam in sui ortu non occiderit Catholicorum doctorum sollertia et præsidentium vigilis cura. Hanc insuper Universitatem, Romanorum Pontificum ac Dicesanorum privilegiis multimodis adornatam, sic celsitudo regia sublimavit, ut scholasticorum ditioni etiam loci municipes obnoxii multipliciter videantur. Licet autem [propter]² difficilem maris transitum, ac situm insulæ, fama et notitia hujus studii sit quibusdam distantibus regionibus minus nota, non minori tamen noscitur prærogativa gaudere.

Ne igitur tam antiqui, tam generalis, tam Catholici, tam privilegiati studii statuta, privilegia, libertates et consuetudines ignorentur, decet et expedit ea modosque earum, quibus scholasticorum vita constringitur, diligenter et fideliter registrari. Imprimis est siquidem advertendum statuta, privilegia, libertates, et consuetudines, conscientias Magistrorum singulorum, ea easque jurantium, sic ligare ut nullis singulariter impune liceat ea scienter transgredi quoquo

¹ *quo in aliis studiis, uni de pluribus scientiis sic insistitur ut tamen aut plures, aut saltem major pars earum, videatur excludi*, is the reading in B.; and over the text in A. there are corrections in a later hand

inserting *de* between *uni* and *pluribus*, and erasing *ve* after *pluribus*. C. follows A., except that *major pars* is written in the margin.

² Omitted in A. and C., and inserted by a later hand.

Cambridge University Press

978-1-108-04879-8 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum, Accedunt Acta Curiae Cancellarii et Memoranda ex Registris Nonnulla: Volume 2

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM. 369

modo. Sic autem ipsam Universitatem non arctant quin ipsa, cœtu Magistrorum regentium et non-regentium adjurato, statuta corrigere, eis addere seu detrahere, licite valeat, quatenus major pars Universitatis et sanior, deliberatione prævia, duxerit ordinandum: solent tamen Regentes sine Non-regentibus, propter fatigationes et vexationes frequentes in vocatione Non-regentium evitandas, gratiose cum personis aliquibus, certis ex causis, contra statuta aliquoties dispensare, dum tamen omnes et singuli rite vocati fuerint et sufficienter ac legitime expectati, ad minus videlicet dum campana, ad quam vocantur Magistri, more pulsetur solito sine fraude, et omnes et singuli, quicumque¹ in illa congregatione præsentés fuerint, gratiæ consentiant concedendæ, statutis tamen ipsis quoad alios in suo robore duraturis.

The power to alter them.

¹ *qui tunc*, C.

Cambridge University Press

978-1-108-04879-8 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum, Accedunt Acta Curiae Cancellarii et Memoranda ex Registris Nonnulla: Volume 2

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

370 LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM.

A. 6. QUID SPECIALITER CAVENDUM A PROCURATORIBUS.
C. 27.

The Proctors are responsible for the due performance of masses for the souls of benefactors.

*Nota.*¹ Hoc specialiter a Procuratoribus caveatur, ut in omni missa communi dicantur illæ tres collectæ, “*Deus, qui inter apostolicos,*” etc., “*Quæsumus, Domine, pro tua pietate,*” et “*Inclina,*” etc., pro benefactoribus diversarum cistarum. *Statutum factum apud Ebor:*² in tribus septimanis S. Michaelis, anno regni regis Edwardi duodecimo.

Of the mass for the soul of WALTER DE GREY.

Missa pro anima Walteri de Grey, et pro animabus omnium benefactorum Universitatis, et pro animabus omnium benefactorum in crastino S. Martini, cum “*placebo*” et “*dirige,*” in die S. Martini: et *consuetudo est*, quod ista missa sit cum diacono et subdiacono, et ad istam missam tenentur Regentes omnes esse, et etiam ad exequias a principio usque ad finem, et hoc per fidem. Similiter ad istam missam tenentur Regentes offerre de pecunia Universitatis; et *consuetudo est*, quod sacerdos celebrans missam habeat pro labore suo tres denarios, diaconus vero duos, et clericus unum; et quilibet bedellus unum denarium, et quilibet magister bedellus pro suo famulo unum denarium, et clericus pro pulsatione *ignetegii* sex denarios.

All Regents are bound to attend thereat.

The payment of the priest and other officials.

Of the prayers for benefactors in every school on the eve of Martinmas.

Item, in vigilia S. Martini unus sacerdos circueat³ scholas Magistrorum, et orabit pro animabus omnium benefactorum Universitatis.

Of the mass for the soul of KING HENRY III.;

Missa pro anima regis Henrici in die S. Edmundi Confessoris.

for the soul of COUNTESS OF WARWICK;

Missa pro Comitissa de Warwyke, videlicet pro anima dominæ Elæ de Longespe, in die S. Clementis Papæ: missa illa erit de Omnibus Sanctis cum diacono

¹ *Nota* not in C.

² The remainder in A. only.

³ *circuet*, C.

Cambridge University Press

978-1-108-04879-8 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum, Accedunt Acta Curiae Cancellarii et Memoranda ex Registris Nonnulla: Volume 2

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM. 371

et subdiacono, sequentia et symbolo solemniter adoretur.

Missa pro anima dominæ Elianoris, quondam reginæ for QUEEN ELEANOR; Angliæ, consortis regis Edwardi, in vigilia S. Andreae Apostoli.

Missa pro anima domini Johannis de Pontisera, for JOHN PONTISERA and JOHN MAUNSEL. Episcopi Wynton: et pro animabus Johannis et Johannis (sic) Maunsel in vigilia S. Nicholai, cum “*placeto*” et “*dirige*” præcedente.

DE FESTIS IN KALENDARIO SERVANDIS.

Item, festa et vigiliis Sanctorum in Calendario assignata tenentur observare, ita scilicet quod, si non legant in crastino, in vigilia non disputent; si autem in crastino legant, tunc lectionem aliquam de libro aliquo non usitato, secundum quod placuerit diebus festiuis appropriatam sibi constituent; vel si lectiones ordinarias legant, tunc non omnes legant, sed unam in decretis et legibus et duas ad plus in artibus; et hoc computando pro lectione “*summam*” vel “*determinationem sophismatum vel questionum*,” si illo die contigerit “*summam*” legi vel “*sophisma*” vel “*questiones*” determinari. Of the observance of feasts and fasts, and the studies allowed at such seasons.

De diebus festiuis in quibus Magistri festine legant.

Si autem eis per servientem publicum denunciatur diem festum ita simplicem fortassis instare, ut festine legere debeant, non disputent illo die; si autem secundum Kalendarium dies legibilis non existat, tunc lectionem aliquam de libro aliquo non usitato, aut de aliqua parte libri ad lectiones extraordinarias specialiter reservata, secundum quod placuerit diebus festiuis approbata sibi constituent.

Cambridge University Press

978-1-108-04879-8 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum, Accedunt Acta Curiae Cancellarii et Memoranda ex Registris Nonnulla: Volume 2

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

372 LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM.

In die S. Ambrosii non legant.

Item, memorandum, quod non legant die S. Ambrosii, prout ordinatum est a Regentibus, quousque revocetur.

Item, statutum est, quod non legantur lectiones ordinariæ in festis visitationis Beatæ Mariæ, et depositionis S. Osmundi; præmittitur tamen quod in vigiliis eorundem festorum possunt haberi disputationes.

A. 7.

C. 28.

D. 87.

Masses for the
souls of WALTER
NEEL,

the COUNTESS
OF WARWICK.

Missa pro anima Walteri Neel, in die S. Vincentii martyris, cum diacono et subdiacono, cum "*placebo*" et "*dirige*" in vigilia.

Missa¹ pro anima dominæ de Lungespe, in die qui dicitur "Cathedra S. Petri Apostoli," cum "*placebo*" et "*dirige*" in vigilia, et missa erit cum diacono et subdiacono, ut patet in ordinatione secunda ejusdem dominæ.²

ARCHBISHOP
GREY.

Missa pro anima Walteri de Grey, in die Sanctorum Philippi et Jacobi, cum³ "*placebo*" et "*dirige*" in vigilia.⁴ Obiit Dominus Archiepiscopus W. Grey, qui nobis domos ante portam de Smythegate, pro quibus in anno providit Universitas pleno servitio solemnium. . . .⁵

HENRY GUILD-
FORD.

Missa pro anima Henrici de Geldeford, die S. Gregorii Papæ, cum "*placebo*" et "*dirige*" in vigilia.

REGINALD LE
BEDEL.

Missa pro anima Reginaldi servientis, quarto die post festum S. Johannis ante portam Latinam, cum

¹ *de requiem* added in C.

² This sentence is added in C.

³ Obliterated in A.

⁴ The remainder is not in C., which, however, adds *et ad missam cum diacono et subdiacono, eodemque die tenentur Magistri de pecuniâ Universitatis offerre ad missam, et*

consuetudo est quod sacerdos celebrans missam pro labore suo habeat tres denarios, diaconus duos, et clericus duos, et quilibet bedellus pro famulo suo unum, habeat etiam clericus pro pulsatione ignetegii sex denarios.

⁵ *cetera desunt in MSS*

Cambridge University Press

978-1-108-04879-8 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum, Accedunt Acta Curiae Cancellarii et Memoranda ex Registris Nonnulla: Volume 2

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM. 373

“ *placebo* ” et “ *dirige* ” in vigilia : ad istam missam servetur eadem forma de oblationibus et aliis, et hoc de pecunia antiquæ cistæ Universitatis, quæ in ultima missa est observanda de pecunia Universitatis.

Missa pro anima Gilberti de Roubyry, quarta feria GILBERT ROUTHURY.
post festum S. Trinitatis.

Missa, in die S. Augustini, pro Magistro Gilberto de GILBERT S. LEOFARD.
S. Leofardo, quondam episcopo Cicestriæ.

Missa pro anima Magistri Henrici de Harklay, in HENRY HARKLAY.
crastino nativitatis S. Johannis Baptistæ, cum exequiis præcedentibus.

Statutum factum apud Ebor : in tribus septimanis S. Michaelis, anno regni regis Edwardi, filii regis Edwardi, duodecimo.

Missa pro Magistris Humfrido de Cherletone ¹ . . . HUMPHREY CHERLETONE.

Missa pro illustrissimo rege Edwardo tertio, in festo KING EDWARD III.
conversionis S. Pauli.

¹ A large blot obliterates the remainder.

Cambridge University Press

978-1-108-04879-8 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum, Accedunt Acta Curiae Cancellarii et Memoranda ex Registris Nonnulla: Volume 2

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

374 LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM.

- B. 37. ¹ STATUTA UNIVERSITATIS CONCERNENTIA GRADUANDOS ;
C. 2. ET PRIMO PONUNTUR STATUTA COMMUNIA LEGENDA
 AB ALTERO PROCURATORUM CUILIBET PROCEDENTI :
 ET PRIMUM LEGATUR CUILIBET INCIPIENTI PROUT
 INFRA SCRIBITUR, PRÆTERQUAM THEOLOGO, CUI
 DICETUR “*Magister, tu jurabis ad observandum,*”
 etc., PONENDO MANUM AD PECTUS.

Inceptors in any
faculty shall
swear that they
will observe the
statutes of the
University;

“*Magister, tu dabis fidem ad observandum statuta,
privilegia, consuetudines, et libertates istius Univer-
sitatatis.*”

*Ista clausula legatur Principali incipienti in
quacumque facultate.*

“*Magister, tu jurabis quod adversantem quemcum-
que² statutis, consuetudinibus,³ aut aliis Universitatis
nostræ juribus, non fovebis consilio, auxilio, nec
favore, sed ea, quantum in te est, observabis pariter
et fovebis.*”

Juramentum pacis.⁴

that they will
not disturb the
peace thereof.

“*Jurabis etiam quod pacem istius Universitatis per
te non perturbabis, nec per alium vel alios [qualiter-
cumque perturbari procurabis, nec perturbatorem vel
perturbatores aliquem vel aliquos in perturbatione
pacis ope⁵ vel consilio juvabis, nec impedies, per te
vel per alium vel alios],⁶ quominus de pacis pertur-
batore vel perturbatoribus fiat justitia : et, si aliquem
vel aliquos noveris de perturbatione pacis probabi-
liter suspectum vel suspectos, ipsum vel ipsos Can-
cellario denunciabis.*”

¹ This is the copy in B. In C., immediately after the *prefatory history*, “*contestantibus,*” &c, we read, *Istam clausulam sequentem dicet Procurator publice cuilibet incipienti præterquam, &c.*, as in B.

² *quicumque*, MS., which some one has altered into *quacumque*.

³ *consuetudines*, MS.

⁴ Erased and rewritten in B. ; in the copy in C., after *resumas*, p. 375, line 3, there is a rubric, *Ista clausula non legatur nisi Theologo.*

⁵ *opere*, MS.

⁶ The passage in brackets is omitted in C.

Cambridge University Press

978-1-108-04879-8 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum, Accedunt Acta Curiae Cancellarii et Memoranda ex Registris Nonnulla: Volume 2

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM. 375

“¹ Jurabis etiam quod in ista facultate alibi in Anglia, quam hic et Cantabrigiæ, lectiones tuas solemniter tanquam in Universitate non resumes:² nec in aliqua facultate sicut in Universitate solemniter incipies: nec consenties quod aliquis alibi in Anglia incipiens hic pro Magistro in illa facultate habeatur.”

that they will not recognize any other University beside Oxford and Cambridge;

“*Item*, specialiter, Magister, tu jurabis quod inter nullas communitates vel personas istius Universitatis impedies pacem, concordiam, et amorem; et, si aliqua dissensio inter aliquas communitates vel personas exorta fuerit, illam non fovebis penitus vel accendes, nec conventiculis interesse debes, nec eisdem tacite vel expresse consentire, sed ea potius modis quibus poteris impedire.”

that they will not foment disturbances between different societies at Oxford;

“³ *Item*, tu jurabis quod non leges nec audies Stamfordiæ, tanquam in Universitate studio aut collegio generali.”

that they will not lecture or read at Stamford;

“*Item*, specialiter, Magister, tu jurabis quod habes habitum de proprio gradu tuo competentem, et ipsum vel similem sibi observabis quamdiu in Universitate contigit te morari, donec ad gradum vel tribunal altius advoceris, ad effectum quod non solum in eo actus scholasticos poteris exercere, verum etiam Universitatem matrem nostram in processionibus, consiliis, et aliis, cum vocatus et præmonitus fueris, cum eodem valeas honorare.”

that they are provided with a suitable academical dress, and will wear the same;

“*Item*, tu jurabis quod cum ad Librariam Universitatis communem accesseris, libros ibi contentos et quos inspexeris modo honesto et pacifico pertractabis, nulli librorum hujusmodi per turpitudinem aut rursus abolitionesve foliorum⁴ præjudicium inferendo.”

that they will use the books in the library carefully

¹ This is written in a much later hand, apparently of the 17th century, over an erasure; but the matter of it makes it plain that it must have been copied from an older copy of the Statutes.

² *resumas*, MS.

³ This statute, or rather oath, is also in a late hand, in B., written over an erasure.

⁴ *seu foliorum*, MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04879-8 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum, Accedunt Acta Curiae Cancellarii et Memoranda ex Registris Nonnulla: Volume 2

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

376 LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM.

that they will not maintain the doctrines condemned at the council of London nor any of them;

“¹ *Item*, tu jurabis specialiter quod nullam conclusionem nuperrime, anno Domini millesimo quadringentesimo undecimo, Londoniis in concilio² episcoporum solemniter damnatam, nec alicujus earum sententiam docebis, defendes, aut tenebis efficaciter publice aut occulte, nec aliquem doctorem, defensorem, aut tentorem hujusmodi ope, consilio, vel favore juvabis.”

that they will not maintain the opinions of William Russell.

“*Insuper*, tu jurabis quod nullas conclusiones per fratrem Wilhelmum Russell, ordinis Minorum, nuper positas et prædicatas, contra decimas personales, et in nostra Universitate Oxoniæ, necnon in venerabili concilio³ episcoporum, anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo quinto celebrato Londoniis, solemniter damnatas, nec alicujus earum sententiam tenebis, docebis, vel defendes efficaciter publice aut occulte, nec aliquem doctorem, tentorem, vel defensorem hujusmodi ope, consilio vel favore juvabis.”

All graduates shall before their sermons pray for Humfrey, Duke of Gloucester.

Item, statuit Universitas et decrevit, quod singuli graduati prædicaturi, in suis sermonibus solemnibus infra Universitatis præinctum ad Crucem S. Pauli, seu Hospitale Beatæ Mariæ extra Bysshopgate, Londonii, illustrissimum Principem Humfridum Ducem Gloucestræ nominatim et expresse in suis orationibus commendare teneantur.

“*Item*, hæc omnia prædicta te fideliter observaturum promittis, sicut te Deus adjuvet et Sancta Evangelia Dei.”

*Ista clausula legatur incipienti sub alio ejusdem facultatis.*⁴

“Idem juramentum quod præstitit Magister N. in persona sua, tu observabis in persona tua, sicut Deus te adjuvet et Sancta Dei Evangelia.”

¹ This statute has been erased, as also the next. The *erasure* of the former is evidently of early date; that of the latter less so.

² *consilio*, MS.

³ *consilio*, MS.

⁴ Title from C.